



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

C. 1. Essentiam Matrimonij, præceptum, diuisionem, aliasque describo
proprietates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

LIBER XXV. MATRIMONII ESSENTIA:

PRÆMISSO Sponsalium, iure iam Matrimonij Essentiam expono, indissolubilitatem exprimo, consensum necessarium innuo, Clandestinum Coactum, & Conditionatum enuncio, Præterea de Ministro, & aliis solemnitatibus differo. De debito coniugali, de Divortioque tractatum expono.

SECTIO PRIMA.

De Matrimonij Essentia receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

Essentiam Matrimonij, præceptum, diuisionem, aliasque describo proprietates.

Matrimonij nomen derivatur à matre. Quia mulier nubit, ut mater efficiatur. Appellatur alio nomine Nuptie, Connubium. Nuptie verò & Connubium ab obnubendo, seu velando nuncupantur. Quia quasi nubit obtegitur virgo velamine quodam, dum benedicitur. Appellatur etiam Coniugium ab effectu. Quia duos, ut una caro efficiantur, coniungit, & sub eodem iugo perpetuo colligat. Valq. de Matrimon. d. 10. cap. 1. Filius. tractat. 10. cap. 1. Pontius de Matrim. lib. 1. cap. 1. num. 1.

Olim Matrimonium cum pusillus hominum grex, erat in præcepto. Quia homo tenetur speciem generatione conservare, sicut suum individuum tueri tenetur per cibi sumptionem: & ideo tunc singulos obligabat. Nunc verò, multiplicatis aded hominibus hoc præceptum obligat solum communitatum Rectores, ut necessitate occurrente compellant subditos ad coniugia ineunda Valent. tom. 4. d. 10. question. 1. punct. 4. Vivald. part. 1. de matrim. num. 9. Henric. lib. 11. cap. 1. num. 5.

Verum hoc præceptum naturale sit, ideo obligat necessitate vigente etiam Religiosos, Moniales, & alios castitatis voto obligatos. Quia votum, quod vim habet à propria voluntate non potest præcepto naturali de conservanda specie præiudicare. Imò extrà casum necessitatis conservanda specie, teneretur quis Matrimonium inire sub mortali, quando sequerentur seditiones, & bella in Republica, nisi Principis filius uxorem duceret: & tunc teneretur hic ad coniugium ratione præcepti scandali vitandi, & impediendi Reipublice incommoda.

D 2 da.

MATRIMONII nomen derivatur à matre. Quia mulier nubit, ut mater efficiatur. Appellatur alio nomine Nuptie, Connubium. Nuptie verò & Connubium ab obnubendo, seu velando nuncupantur. Quia quasi nubit obtegitur virgo velamine quodam, dum benedicitur. Appellatur etiam Coniugium ab effectu. Quia duos, ut una caro efficiantur, coniungit, & sub eodem iugo perpetuo colligat. Valq. de Matrimon. d. 10. cap. 1. Filius. tractat. 10. cap. 1. Pontius de Matrim. lib. 1. cap. 1. num. 1.

Matrimonium tripliciter considerari potest. Primo, ut officium naturæ ad liberos procreandos, & definiti potest: Maritalis coniunctio viri, & femine inter legitimas personas individuum vite consuetudinem retinens. Secundo, considerari potest, ut remedium concupiscentiæ, ad servandum in voluptatibus modum. Tertiò, ut novæ legis Sacramentum ad onera Matrimonij divina gratia subleuanda, & definitur: Sacrum signum gratiam conferens, qua & reprimere concupiscentiam, & fideliter cohabitare ad prolem educandam Coniuges valeant. Sanch. l. 2. d. 1. n. 1. Bonacin. de matrim. q. 2. punct. 1. n. 1. Ponti. cap. 2. num. 10.

Cum in Matrimonio plura inveniuntur, nempe mutus consensus, externus contractus, mutua corporum traditio, quodnam vin-

De præcepto Matrimonij naturali.

Obligat præceptum, necessitate vigente, etiam voto castitatis obligatos.

da. Sanch. lib. 2. d. 3. num. 4. Bonac. qu. 2. punct. 3. num. 4. Henric. l. 1. cap. 2. Diana part. 3. de Sacram. resol. 2. 89.

6 Antè Adam lapsum institutum est Matrimonium in concupiscentie remedium: in noua lege eleuatum fuerit uatum est à Christo, ut esset Sacramentum. Porro institutum, id in lege nature institutum fuit, & præceptum & quando, à Deo illis verbis Gen. 1. Crescite, & multiplicamini. In nouo autem Testamento eleuatum fuit in Sacramentum, quando Christus dixit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Mat. 19. Reginal. l. 3. num. 9. Henric. l. 1. cap. 2.

7 Status coniugalis inferior coelatu est. Definatur à Tridentino. 24. can. 10. contra hereticos nostri temporis, qui vel equant Matrimonio Virginitatem, vel etiã præferunt. Pater ex 1. ad Cor. 7. 38. Qui matrimonio iungit Virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Ratio est, quia coelibatus consilium à Christo Mat. 19. 12. Qui potest capere, capiat: & est Deo gratio, habetque plurima spiritualia commoda, quibus coniugalis caret status.

8 Matrimonium diuiditur in Legitimum, Ratum, & Consummatum. Legitimum dicitur, quod legitimum consensu contrahitur, quale est apud infideles: potest que dici, Contractus quidã, quem infideles celebrando non peccant, cum sit in officium, seu propagationem, & conseruationem humane nature, ac in concupiscentie remediũ. Non tamen est Sacramentum: quia infideles caret Baptismo, qui est ianua omnium Sacramentorum. Sanch. l. 2. d. 1. n. 9. Setus in 4. dist. 26. q. 2. a. 3. Hoc autem Matrimonium inter infideles contractum non potest fieri verum Sacramentum, etiã postea baptismum recipiat. Quia Matrimonium Sacramentum est essentialiter contractus inter baptizatos initus, qui hic nullatenus poni potest. Pont. Valq. Coninch apud Dianã p. 3. de Sacram. resol. 2. 53.

9 Matrimonium Ratum dicitur, quando est Sacramentum nondum tamẽ copula carnali consummatum, quale fuit aliquorum Diuorum qui post initum coniugium ad castitatis exemplum operam nõ dedere licite voluptati. Porro inter infideles non potest esse Matrimonium, quod Sacramentum non sit. Quia ex Christi institutione inseparabilis est ratio Sacramenti à contractu Matrimonij. Receptor autem sententia oppositum edocet, de quo sect. 2. Certè Matrimonium ratum aliud est Verum aliud Presumptum. Verum est, ubi nihil esse essentiale abest. Presumptum, quod verum esse ab Ecclesia præsumitur, suẽ tale sit, suẽ non. Quia cum Ecclesia ex signis externis iudicet, illud habet pro vero Matrimonio, quod legitimis argumentis tale probatur: & contra presumptionem eiusmodi (inquit Pontifex Cap. 16. qui, de sponsal.) non est probatio admittenda. Item aliud est Clandestinum, aliud Publicum. Clandestinum est, quod quod tã occulte contrahitur, ut exinde legitima probatio nõ appareat. Publicum est, quod in Ecclesia manifestè est celebratum. Post Tridentinum omnia Matrimonia, quæ præsentiam Parochi, ac testium non habent clandestina censentur, adeoque nulla, ubi Concilium est receptum, etiã factum per alios multos probari posset.

10 Matrimonium denique consummatum est, quando est iam copula carnali perfectum. Legitimum Con-ge Sanchez d. 1. num. 9. Sotum in 4. dist. 26. q. 2. summatum. act. ult.

Circà materiam, & formam Sacramenti Matrimonij, tot sunt sententię, quot capita. Canus l. 8. de locis topicis, c. 5. docuit, materiam Matrimonij esse consensum coniugum per verba expressum, vel signa; formam verò Sacramentis nẽ. verba. Nauar. c. 22. n. 10. putauit, materiam esse consensum mutuum, formam autem verba, quibus consensus exprimitur. Maior. in 4. dist. 26. q. 1. iudicauit, materiam esse verba, formam verò mutuum consensum. Valq. d. 3. c. 5. Opinatus est, ipsos contrahentes esse materiam formam autem verba Henric. l. 1. c. 2. n. 5. & 6. existimauit, materiam esse verba, quæ à priori contrahente proferuntur: formam verò illa, quæ à posteriori Receptor tamen sententiã edocet, verba, seu signa, quibus consensus exprimitur esse sibi inuicem materiam, & formam. Unde traditio corporum ipsorum contrahentium est huius Sacramenti materia, forma verò est acceptatio eorundem expressa per verba, vel signa. Quia traditio illa corporum imperfecta est, inepta, & inefficax, donec acceptetur: & accedente acceptatione perficitur, & determinatur Matrimonium: ergo utraque verba sunt materia, quatenus important traditionem; & sunt forma, quatenus acceptationem important, & sic se inuicem determinant, Sanch l. 2. d. 5. n. 6. Suar. tom. 3. d. 2. sect. 1. Coninch d. 24. numer. 31. Rodrig. cap. 2. 19. Filliuc. tract. 10. cap. 1. n. 7. & 8. Diana part. 3. de Sacram. resol. 2. 51.

Minister huius Sacramenti nunquam fuit Sacerdos, nec antè, nec post Tridentinum: sed ipsi contrahentes sunt Ministri efficientes Sacramentum. Quia Matrimonium Clandestinum, quod sine Sacerdote celebrabatur antè Tridentinum, erat verum Sacramentum. Post Concilium autem verba Parochi, vel alterius Sacerdotis non sunt de essentia Matrimonij, sed iis prorsus omisiss, Matrimonium constat. Suar. d. 16. sect. 1. Reginald. l. 3. num. 51. Coninch d. 24. num. 34. Sanch. lib. 2. d. 6.

Potest tamen dici Sacerdos Minister accidentarius, quamvis essentialis non sit. Quia ex officio iungit, & benedicit contrahentes; & per hoc assistendo Matrimonio, & sponsos benedicendo in peccato mortali, mortaliter non delinquit. Quia ipse non ministrat, nec conficit Sacramentum: sed quasi vnus ex testibus, præstantior quidem reputatur. Coniuges verò contrahentes in mortali, licet grauius peccent, quatenus Sacramentum recipiunt, quia obicem apponunt ad gratiam: non tamen delinquant, quatenus ministrant. Quia ipsi nõ sũt Ministri ad id munus consecrati; sed solum illis quadam est necessitate concessum. Suar. d. 16. sect. 4. Henric. lib. 1. cap. 2. Mercer. in supplem. 3. part. qu. 2. dub. 3.

Potest Matrimonium inter absentes per procuratorem celebrari. Quatuor tamen conditio. Potest. Mo- nes requiruntur, ut procurator absentis nominetur, ne validum ineat Matrimonium. Prima, ut habeat speciale mandatum ad Matrimonium, nec per procuratorem sufficit generale ad omnia negotia. Secunda, ut sit mandatum ad contrahendum cum certa persona, nec sufficit generale ad contrahendum cum quacumque. Tertia, ut procurator per se ipsum exequatur, nec enim substituere potest, nisi expresse hoc in mandato cõtingatur. Quarta, ut tempore quo procurator contrahit, non sit reuocata potestas; si enim sit reuocata,

Se&t. I. De Matrim. Essentia. Recep. Sent. 41

reuocata, quamvis reuocatio lateat procuratorem, & alterum coniugem, est Matrimonium irritum, licet iuramentum de potestate procuratori non reuocanda fuerit premissum. *Cap. fin. de procurat. in 6. Molina de contract. d. 51. Filiuc. tract. 10 c. 1. q. 10. Sanch. l. 2. d. 11. & 12. Henric. l. 1. c. 2. n. 2. Coninch d. 24. n. 67. Præterea, post Tridentinum, requiritur, vt procurator celebret Matrimonium coram Parocho, & testibus aliquin inualidè celebrat. Sicut item inualidum est Matrimonium contractum per literas, quando illud Parocho, ac testibus non impoſcit. Quando verò illis innotescit per literas traditio, & acceptatio vtriusque contrahentis, est validum. Sanch. d. 1. n. 3. Gutier. de Matrim. c. 45. Henric. l. 1. c. 2. n. 6. An autem Matrimonium contractum per procuratorem, aut literas sit Sacramentum, *ſectio. 2. exponam.**

Ætas iure requisita ad Matrimonium valide inueundum, est pubertas, nempe annus duodecimus in ſc&mina, in viro autem decimus quartus. Hæc verò ætas in vtroque debet eſſe completa, quamvis latis ſit vltima dies anni duodecimi in ſc&mina, & decimi quarti in viro. Idè autem hæc ætas à Canonibus deſinitur, quòd tunc ad copulam habiles præſumantur, & ad coniugalem conſenſum. *Cap. Continebatur. Cap. Atteſtationes. D. Thom. in ſupplem. q. 58. d. 5. Sylui. ibi. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 277. & part. 5. tract. 5. reſol. 16.*

Potè ante aſſignatam pubertatis ætatem in dubio, nec mas, nec ſc&mina præſumuntur apti generationi. Vnde ante eam ætatem aſſerenti hanc aptitudinem incumbit onus probandi. Quia præſumptionem contra ſe habet Nauar. c. 2. n. 2. 9. Couar. 4. Decretal. p. 2. c. 5. num. 3. Faſtor, aliquando malitiam poſſe ætatem ſupplere ad Matrimonij validitatem ante ætatem iure præſcriptam iniri, ſi tunc adſit potentia generandi, & ſufficiens ad ſe obligandum diſcretio. Expreſſè deſinitur *(Cap. De illis. Cap. Puber. Cap. fin. de deſponſ. impub.)*

Quætiens, quanto tempore ante aſſignatam ætatem malitia ſuppleat: Exiſtimo Iudicis arbitrio reſolueundum. Quia nihil videtur iure præſcriptum. Sanch. d. 104. Scio tamen à Gaſpare Hurtado de matr. d. 22. diſſe. 12. vnus integri anni ſpatium aſſignari. Quia exprimi id, inquit, in *Cap. Continebatur, de deſponſ. impub.* ac proinde puella habens vndecim completos annos, & puer tredecim annuerans, ſunt proximi pubertati, vt malitia ætatem ſupplente, poſſit valide Matrimonium inire.

Demum contrahere Matrimonium ante ætatem legitimam, eſt peccatum mortale. Quia textus *Cap. 2. de deſponſ. impub.* continet præceptum obligans ad lechale. Dicit enim Pontifex: *Diſtrictius inhihemus*, quibus in verbis prohibitio eſt continens præceptum. Interueniente autem iuſta cauſa, ex licentia Episcopopi, mortale non eſſet, ante ætatem legitimam coniugium contrahere, vt præſato in *Cap. habetur.* Sanch. l. 1. d. 17. n. 5. Gutier. de matr. c. 2. n. 16. Bonac. de matr. q. 1. pun. 4. n. 6. Filiuc. tr. 10. p. 1. n. 259. Ponti. l. 7. c. 65. n. 3. Henric. l. 11. cap. 13. num. 13.

Eſcob. & Menid. Theol. Moral. Tom. III. P. II.

CAPVT II.

De Matrimonij indiſſolubilitate.

Matrimonium ratum ſignificat vnionem diſſolubilem Chriſti cū anima in gratia exiſtenti: conſummatum verò indiſſolubilem eandè Chriſti cum anima repræſentat. Quia ſolū per Matrimonium conſummatum ſunt coniuges vna caro: quare ſolū coniugij conſummationem eam ſignificat coniunctionem, per quam Chriſtus factus eſt vna caro cū Eccleſia per Incarnationis myſterium. Vnde ſecundum omnem ſententiam Matrimonium conſummatum ſaltè iure diuino indiſſolubile eſt. Mat. 19. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Quod etiam habet locum in Matrimonio infidelium conſummato. Quia lex Chriſti omnes obligat, licet ex eius diſpenſatione explicata per Paulū 1. Cor. 7. diſſoluatur, ſi alter tantum conuertatur ad fidem. *Cap. 2. de conuerſ. coniug. Filiuc. tr. 10. c. 2. Sanch. l. 2. d. 13. num. 1. Bonac. q. 2. pun. 11. n. 1.*

Quamvis Matrimonium ratum per ſe, & ex ſua natura dicatur perpetuum vinculum, & indiſſolubile, ex privilegio diuino dirimitur Matrimonij rati vinculum per trium votorum ſolemnium in approbata Religione profeſſionem. Vnde coniugatus, qui ante conſummationem Matrimonium huiusmodi profeſſionem gerit, remanet liber à coniugij obligatione, & licitū eſt vxori in ſæculo manenti cum alio Matrimonium inire. Trident. ſeſſ. 24. can. 6. Leſſi. l. 2. de iuſt. c. 41. Sanch. lib. 2. d. 18. Sylui. in ſupplem. 3. p. qu. 61. art. 2.

Non autem dirimitur Matrimonium ratum per vota ſimplicia, quæ emittuntur à quibuſdā Tertiariis Diuerſum Dominici, Franciſci, & Auguſtini, qui collegialiter non viuūt, ſed in propriis domibus degunt. Per vota autem Tertiariorum vtriuſque ſexus, qui collegialiter viuūt ſub Prælati regimine ex vi ſuæ Regulæ approbata, ſub qua vota illa emittunt, diſſoluitur Matrimonium non conſummatum. Quia eorum vota abſoluta, & abſque reſtrictione ſunt profeſſio ſolemnis, vt reſpondit Paulus III. conſultus à Patribus Dominicanis. Idem aſſerit Põtius l. 9. c. 8. de votis de gentium propriis in domibus ſub arbitrio ac regimine Prælati. Quia eo ipſo vota eorum ſunt profeſſio ſolemnis. Per vota Equitum S. Ioannis diſſoluitur Matrimonium ratum. Quia eorum profeſſio eſt ſolemnis, & in ea abſolutæ caſtitaris voto illigantur abſque reſtrictione. Secus dixerim de votis, & profeſſione Equitū D. Iacobi, Calatravæ, & Alcázaræ, quamvis ſint Religioſi. Quia Matrimonium antea factū eſt cõpatibile cū eorū votis, vouet nãque ſolūmodò caſtitatē coniugalem. Præterea per vota Clericorū, & Monialij Ordinis Militaris in claſtro viuentium, diſſoluitur Matrimonium nõ conſummatum. Quia ſunt ſolemnis, & abſoluta. Sanch. l. 1. d. 18. Azor. to. 1. l. 63. c. 6. q. 4. Ponti. l. 9. c. 8. Non deniq; dirimitur per vota ſcolariū, & Coadiutorum etiã formatiū noſtræ Societatis Ieſu. Quia ſunt ſimplicia, licet publicè emittantur. Nec per conſecrationē altarij cõiugis in Episcopopū, aut per ſuſceptionē Ordinis Sacerdotij. Quia ius deſc&ſa ſolèni profeſſione

D 3

19
Matrimonij
ſignificatio,
& indiſſolubilitas.

20
Diſſolubile eſt
Matrimonium
ratum ob
profeſſionem
ſolemnem in
Religione ap-
probata.

21
Quando Ma-
rimonium
ratum diri-
mitur, vel nõ
dirimitur per
vota ſimple-
gia.